



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Sereno Tribuno. 429.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

εἰ μὴ χρέμασι πωρῆδακας τῇ θανα-  
ματῇ ξυλωρεῖδι τὰ παράγματα, τὸ το  
χῆ Ιουδαίας ἐποίησε, τὸν κύριον περὶ  
κῶς τῆς παραγμάτων. εἰ δὲ χῆ λήμμα-  
τος κεθαρόν τὸ ἀμάρτημα, ἀχρησθῆ-  
τωσαν οἱ ανομοῦντες Διακενῆς.

Ἰσιδώρῳ Διακόνῳ. υκγ.

Τὸ σπέρμα τῆς γυναίκος, δ' ἐχρησ-  
ται τῷ ὄφει πωρῆδακας θεός, ὁ κύριος  
ἡμῶν Ἰησοῦς. αὐτὸς γὰρ σπέρμα  
γυναϊκὸς μόνος γένηται ἐξ αὐτῆς. μηδὲ  
σποράς ἀνδρὸς μεσιτευσίσης, χῆ τῆς  
ἀγνείας μὴ μειωθείσης.

Νείλῳ Μοναχῷ. υκδ.

Τὰ τῆς μιλωτῆς πειζώματα  
μόνοις τοῖς πλὴν σάρα νεκρώσαν ἁ-  
μαρτίας. δρεῖως πείρεται, σημεῖα ὄντα νεκρώ-  
σιως. εἰ δὲ πῆ τοῖς μὲν πάθει ζῆ, τὸ  
δὲ ταῦτα νεκρώσαντος τὰ ὄπλα φο-  
ρεῖ, ἔοικε τοῖς ἐν σκηνῇ ἀλλότρια  
παίζουσι χήματα, οἷς ἐπετὴ λῶ-  
σιν οἱ θεαταί, ὡς ἀρνεύμενοι τῆς χη-  
μάτων τὰ παράγματα.

Κύρῳ. υκη.

Ἡ θεία δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ πε-  
λειούται, ὡς τὸ σκεῦος ἐφῆ τῆς ἐκλο-  
γῆς, ἐπειδὴ ἀχράμματοι κερατῆσι ρη-  
τόρων, χῆ τελῶσαι εὐαγγελίζονται ἀκ-  
τημοσύνη. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ὄχι  
αὐθεντεία βασιλικῇ, ἀλλ' εὐτελείᾳ  
τῇ δουλικῇ πρὸς πλὴν ἀρήτων οἰκο-  
νομίαν χρησάμενος, πλὴν τῆς παραγ-  
μάτων ἀλλοίωσιν πρὸς ἕρῆιον πο-  
λιτείαν μετήρμωσε.

Σερίνῳ τριβούνῳ.

Τότε ὁ θεός πλὴν σοφίαν τῆ κλῆμον  
τῆς ἐμώρῃ πλὴν φθαρτῶν χῆ χη-  
μύζηλον, ὅτε ἡ ἐνυπόστατος σοφία, ἡ  
τῆς αἰῶνας ποιήσασα, δεῦρο ὄπιθοι-  
τήσασα, βαρβαροφώνοις χῆ ἰδιώμας  
τὰ θεία κηρύττειν ἐνεχέρησε δόγ-  
ματα. χῆ ἡ μὲν εἰς χρισμὰς ὀρέων,

commisisti. Ac siquidem pretio adductus  
eximia huic bigæ res prodidisti, hoc Iu-  
das quoque fecit, cum Dominum pecu-  
nia addixit. Sin autem quaestu peccatum  
hoc vacat, confundantur iniqua agentes  
superuacue.

Isidoro Diacono. 426.

Illud mulieris fermen, quod Deus ini-  
micum & infestum serpenti esse iubet, Do-  
minus noster Iesus est. Nam ipse, mulieris  
femen, solus ex ea ortus est: sic nempe, ut  
nec viri semen intercesserit, nec castitati  
quicquam decesserit.

Nilo Monacho. 427.

Ouinarum ouium lumbaria folis iis,  
qui carnem suam enecarunt, imprimun-  
tur, utpote quæ mortificationis signa sint.  
Quod si quis cum vitiosis affectibus viuat,  
eius tamen, qui eos extinxit, arma gestat,  
iis similis est, qui in scena habitus alienos  
per ludum gerunt: quos spectatores ridet,  
ut qui reseas, quæ specie ac gestu expri-  
muntur, minime in se agnoscant.

Cyro. 428.

Diuina virtus in infirmitate perficitur,  
quemadmodum ab electionis vase dictum  
est: quandoquidem illiterati homines di-  
sertos & eloquentes superant, & publicani  
paupertatem prædicant. Atque etiam Do-  
minus ipse non regia autoritate, sed fer-  
uili vilitate ad incarnationem omni ser-  
monis facultate sublimiorem usus, rerum  
immutationem ad cæleste viuendi genus  
transtulit.

Bereno Tribuno. 429.

Deus caducam atque humi depressam  
huius mundi sapientiam tunc stultam red-  
didit, cum illa hypostasi prædita sapientia,  
quæ cælos effecit, huc veniens, homini-  
bus barbaro sermone ventibus ac doctri-  
næ expertibus cælestia dogmata prædicā-  
da tradidit. Atque illa quidem in montiū

• N ij

fissuras & hiatus subiit: hæc autem in omnem terram exiuit, atque ad extremos usque terræ fines effulsit.

*Helia.* 430.

Leuitatem vestram equidem demiror, quod exiguus & contempendus Imperij hominis Cappadocis ventus usque adeo vos omnes, vt arundinem circumegit, atque ipsi impiis eius conatibus administratam operam nauatis, dum ne eadem, quæ alij, patiamini, formidatis. Quocirca si vnà cū eo desinere, ac postquam magistratu abierit, cum eo hinc demigrare, in animum induxistis, meritò patriam diripitis. Si autem ille quidem imperandi finem facturum atque abiturus est, vos autem in patria mansuri estis, ab aduersariorum partibus abscedite, vosque ad propinquos & necessarios vestros adiungite.

*Palladio.* 431.

Quòd pietas naturæ vi in nobis insita sit, atque earum rerum, quæ diuturnis post annorum curriculis euenturæ erant, cognitio iis, qui Deo vitæ suæ rationes probabant, perspicua fuerit, tum Enos te doceat, qui se magistro cognitionem Dei consecutus est: tum Enoch, qui ipse quoque solus Deo vitam suam ac mores probauit, & etiam ad præstantiorem vitam migravit, atque etiamnum in viuorum numero censetur: tum denique Melchisedech, panibus ac vino sacerdotis munus obiens, per quæ diuinorum mysteriorum typum adumbrabat.

*Celfo.* 432.

Agricolæ lolia ea, quæ cum tritico nascuntur, radicitus euellunt: quòd purus fructus ad messem euadat. Eodem igitur modo tibi quoque faciendum est, vt vitia, quibus mens tua inficitur, excindas, vt sana, omnisque vitiosæ affectionis experta conscientia cibum in vitam æternam manentem conficiat.

ἢ δὲ εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν, καὶ εἰς τὰ πέρας τῆς οἰκουμένης ἐξέλαμψεν.

*Ηλία.* υλ.

Εγὼ κομῶν τὴν ὑμετέραν ἐλαφρίαν θαυμάζω, ὅτι βραχύ πνεῦμα καὶ ὀλίγωρον τῆς ἀρχῆς τῆς Καππαδοκίας ὑμῶν ἅπαντας ὑμᾶς ὡς χαλάμην ἐδόκησε, καὶ ταῖς ἀσεβείαις αὐτῆς κατασκευαῖς ὑποσυργῆτε, δεῖ τὲ μὴ τὰ ὅμοια τοῖς ἡδὴ πεπονητοῖς, παθεῖν. εἰ τοίνυν συναπολήγειν αὐτῶν, καὶ συμμετάφρων παυομένην βεβύλησθε, ἐκκότως τὴν πατρίδα ληίζεσθε. εἰ δὲ ἢ μὴ παύσεται καὶ ἀπελεύσεται. ὑμεῖς δὲ μὴ εἰσὶν οἷς πεφύκατε, τῆς ἐναντίας ἀπεχεσθε, τῆς δὲ οὐκείων ἀντέχεσθε.

*Παλλαδία.* υλα.

Ὅτι φυσικῶς ἔστιν ἐν ἡμῖν ἡ εὐσέβεια, καὶ τῶν ὑπερον χρόνοις πολλοῖς τηρουμένων εἰς ἐκβάσιν, κατὰ δήλον ἦν τοῖς θεῶν εὐαρεσῶσιν ἡ εἰδησις, καὶ ἐγὼς διδρασκέτω σε, αὐτοδίδακτος θεὸν ἔπιζητῶν καὶ ἐγὼ, μὴ μόνον εὐαρεσῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς κρείττονα βίον μετῶν, καὶ ἐπὶ ἐν ζῶσι τελῶν, καὶ Μεληχισεδεκ, ἄρτω καὶ οἴνω ἱερατέρων, δι' ὧν τὸν τῆς θείων μυστηρίων πρῶτον σήματι τύπον.

*Κέλσω.* υλε.

Οἱ γεωργοὶ τὰ συμφυόμενα τῶν σίτων ζιζάνια ῥιζοθεν ἀναπαύσιν, ἵνα καθερὸς ὁ καρπὸς εἰς τὸν ἄμμιον ἀπαντήσῃ. καὶ τὸν καὶ σὲ τὰς ἐπιθολούσας τοι γούω κακίας ἐκτεμῆν ἵνα ὑγιὲς ἡ συνείδησις καὶ παντὸς πάθους ἀμέτοχος, τὴν βρωσὴν τὴν μύσσαν εἰς ζῶνι κατεργάζηται.

*Σολό.*